

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3082

**Auteur(s)** : Thomas, fils de Richard Malzard [particulier]

**Auteur(s)** : Colin, fils de Richard Malzard [particulier]

**Auteur(s)** : Philippe, fils de Richard Malzard [particulier]

**Auteur(s)** : Robert, fils de Richard Malzard [particulier]

**Auteur(s)** : Jean, fils de Richard Malzard [particulier]

**Bénéficiaire(s)** : Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1261, 2 février

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Charte par laquelle Thomas, Colin, Philippe, Robert et Jean Malzard, fils et héritiers de feu Richard Malzard confirment le don fait par Robert de la Hougue, leur oncle, à l'abbaye de St Sauveur de tout le fief que Nicholas Pevrel tenait dudit Robert et de leur père en la paroisse de St Jean des Chênes ; lesdits frères donnent en même temps à l'abbaye deux boisseaux de froment de rente, la moute du fief dudit Nicholas, les faisances et les services de leur moulin en ce qui concerne ledit fief, et ce, en échange d'une acre de terre que les moines leur donnèrent entre le Clos de La Rue et les landes Uslees.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 213, p. 294-295.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Thomas et Colinus, Philipus et Robertus et Johannes dicti Malesars filii et heredes Ricardi Malesars defuncti concedimus et confirmamus donum quod fecit Robertus de Hoga avunculus noster de assensu Ricardi jamdicti patris nostri religiosus viris abbati et conventui Sancti Salvatoris vicecomitis de Constantino super feodo toto quod de dicto Roberto et patre nostro tenebat Nicolaus dictus Pevrel in parrochia Sancti Johannis de Quercubus tam in homagio quam in redditibus tenendum et habendum in puram et perpetuam elemosinam. Et quia super dicto feodo de dicto Nicholao percipiebamus duos bussellos frumenti annui redditus et moltam totius feodi dicti Nicholai ac etiam faciebat fesantias et servicia nostri molendini una cum aliis hominibus nostris Nicholaus antedictus, nos damus et concedimus eisdem religiosus in puram liberam et perpetuam elemosinam predictos duos bussellos et dictam moltam et fesantias et servicia supradicta et quicquid juris et jurisdictionis habebamus et habere possemus et nobis et heredibus nostris posset accidere et evenire super toto dicto feodo dicti Nicholai in excambium pro una acra terre quam nobis dederunt et concesserunt dicti religiosi sitam inter clausum Rue et landas Uslees que fuit de feo[do] nostro tenendam et habendam nobis et heredibus

nostris absque aliqua reclamacione dictorum religiosorum et successorum suorum in parrochia supradicta universa et singula damus concedimus confirmamus dictis religiosis in puram liberam et perpetuam elemosinam sine aliqua reclamacione nostri et heredum nostrorum in posterum facienda. In cuius rei testimonium et munimen presentem cartam sigillis nostris duximus roborandam. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo die Mercurii in Octabis beate Marie Virginis purificationis.